

EXPLANATIO SUPRA SCRIPTI STORIAE

Et venit unus ex septem angelis habentibus fialas et locutus est mecum dicens: Veni ostendam tibi damnationem meretricis magne sedentis super aquas multas cum qua fornicati sunt reges terre et inebriati sunt qui habitant terram de vino fornicationis eius. Hanc mulierem supra in prologo sectarum aperte explanavimus exposuimus. Que est hec mulier iniquitatis est opera. quam in propheta exstat que dicitur bestia. super quam exsedere cognoscitur cum qua et reges terre fornicare creduntur. Reges terre sunt qui corpora sua non regunt. sed in voluptatibus suis ambulare delectantur. Et hec mulier non solum malos. sed et quum bonos pertemptando propinat poculum aureum habet in manu quia falsitatis scientiam simulat. In manu operatio dicitur. Aliquando enim in lucro sapientie

Madrid. Bibl. Nac. Nº . Beatus manuscript of King Ferdinand I, from San Isidoro de Leon. Facundus scripsit dated 1047.

Photo J. Pierpont Morgan Library. Exped. Walter W.S. Cook. 1926.